

pontifici LV|dowicus Dei gracia Romanorum imperator
semper augustus cum sui et imperii recommendacione re-
verenciam debitam et honorem.

Cordi nobis¹ | est et semper fuit se[di] apostolice et
antistitibus ip[siu]s avidissime reverendum honorem impen-
dere et eos ut patres debite honorare, quod hactenus propter
discordiam | ex dyaboli suggestionem inter nos et [predeces-
sorem vestrum]^{a.2} proximum suscitatum non sic potuimus
ad effectum deducere, prout in animo semper habuimus,
Deo teste. Et | ideo de concordi elecci[one] cardina[lium
nuper]^b quoniam^c estis ad apostulatus dignitatem pro-
motus et Dei providencia prelatus celestis universis, spe-
rantes per | vos bonum totius ecclesie [statum felici]^d
regimine prosperari et fidem catholicam dilatarı, gau-
dendo gaudemu[s] et leticiam [per]cepimus exoptatam et
opor|tune dicimus de ta[m] con[venienti et utili Dei^e pro-
v]isione: 'Iocundetur celum desuper et fundant montes
iocunditatem et colles leticia colletentur'³. Ne itaque |
ulterioribus temporibus a predicto voto animi retrahamur
et quod in intencione habemus, in operibus ostendere va-
leamus, cum amor filialis nos semper ad hoc | inducat, ut
patri reconciliemur [et] vos paterno veneremur affectu et
ut ecclesiam, prout ad imperialem dignitatem divina pote-
state dinoscitur pertinere, ab incursibus tyrannidum [de]-
ff[en]damus — mediator⁴ enim hominum, qui est Ihesus
Christus, sic terrenas dignitates instituit et officium utri-
usque potestatis distinxit, ut christiani imperatores pro
eterna vita pontificibus indigerent et pontifices in cursu

a) Fehlen 2—3 Worte. Wahrscheinlich nur 'predecessorem ves-
trum'; ein Theil des 'v' sowie die Schleife für 'm' von 'vestrum' noch
erhalten. b) Fehlt etwa 1 Wort. c) 'quoniam' sicher; 'niam' ist ver-
kehrt, mit dem Kopf nach unten aufgeklebt. d) Fehlen 2—3 Worte.
e) Fehlen 3—4 Worte.

1) In der verstümmelten ersten Hälfte drucke ich absichtlich die
Zeilenstriche. 2) Auch bei diesem Briefe gebe ich die grösseren Er-
gänzungen wiederum mit allem Vorbehalt, wie schon früher bei dem
Briefe des Erzbischofs von Mainz; vgl. N. A. XXV, 574. 3) So nicht in
der Vulgata. 4) c. 8 Di. 10: 'Quoniam idem mediator Dei et hominum,
homo Christus Iesus, sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia
potestatis utriusque discrevit propria, volens medicinali humilitate homi-
num corda sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna de-
mergi: ut et christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indige-
rent et pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperia-
libus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio a carnalibus distaret
incursibus'. Siehe das 'incursibus' im vorhergehenden Satze von Ludwigs
Brief.